UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum Tractatuum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum dierum Quadragesimæ

Drużbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066405

27. Considerando Passionem Christi per applicationem sensuum meorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45427

Visual Library

parte, tam ſuo, quam omnium hominum creaturarum nomine, affectuque partim de miſeriis compati, partim vero de glori gaudere, gloriasque cumulare, iisque n veluti compenſare ac rependere, qui
Coloſſ. 1. 24. (exemplo Apoſtoli Pauli) ſuis paſſionib dem adimplere, venerari, honorare, re prout unctio ſpiritûs meditatorem plenit cebit.

MODUS XXVII.

VIgeſimus ſeptimus Paſſionem Chriſti tandi, modus eſt: per applicatione ſuum internorum animæ noſtræ, ad ſingu ſionis Dominicæ myſteria. Dabo hunc dum, ipſis ſapientiſſimi Patris Ludovici d te verbis, qui cum ſufficienter explicat h
Vide ſupra modum 6. Med. 4. Parte introd. §. 3. bis. [*Primùm* Oculis Animæ aſpiciendo nam Chriſti Domini figuram, omnes ad paſſionem permoventem: & ſimul inter Animæ ejus figuram, ex una parte ade chram, ex altera adeò afflictam: & adm
Hebr. 1. 3. dolens, quòd *qui eſt ſplendor gloriæ Patris, gura ſubſtantiæ ejus*, ſit ob mea peccata ita matus. *Deinde* Audiendo internè blanda amore pleniſſima hujus Domini verba, c res item duros adeo, & furioſos inimic ejus contra ipſum, ſtrepitum colaphorum gellorum ictus, & malleorum, ut ſentiam de meo, quod ſenſit Chriſtus in ſuo. *Ter* terno odoratu percipiendo tam fætorem p torum, quæ mortem ſummo huic ſacerdo tulerunt, quàm ſacrificii ſuavitatem, quo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pro illis obtulit, & virtutum, quas ipſe exercuit in hac adeò pœnali ſua Paſſione; ſimulque perpendam, quâ ratione Æterni Patris ira fuerit hujusmodi ſacrificio placata, qui in hujus reconciliationis ſignum, non jam arcum ſuum in nubibus, ſed proprium filium arcûs inſtar in cruce extenſum poſuit, pluentem ſanguinem, in ſignum fœderis inter ſe & terram. *Quartò* Guſtando etiam amaritudinem, & fel illud Chriſti Domini, acerbitatem & mœrorem ex eis perſentiſcendo, atque ſi corpore illa deguſtarem; Guſtando item dulcedinem illius amoris quo omnia illa tolerabat, & quam Deus iis confert, qui aliquid amoris ipſius intuitu perpetiuntur. Et vehementer admirabor in tanta amaritudine, tantam eſſe Amoris dulcedinem. *Quintò*. Denum interno animæ tractu, contingam horrenda illa Paſſionis Chriſti inſtrumenta, rigorem & aſperitatem funium, flagellorum, ſpinarum, Crucis, & clavorum, ſentiens ſpiritu totum id, quòd ipſe Dominus in corpore ſenſit, & affectus eliciens, qui ex hujusmodi ſenſibus ſolent provenire.] Hactenus verba Ludovici, apud quem etiam fuſior praxis ejus meditandi modi videri poteſt, eâdem Parte 4. Medit. de geſtis in horto.

Gen. 3. 13.

MODUS XXVIII.

Vigeſimus octavus modus Paſſionem Dominicam meditandi eſt: Aſſumere aliqua congrua ſacræ ſcripturæ verba, ad eaque Paſſionem Chriſti reducere, & ſecundùm latitudinem ſensûs, quem verba aſſumpta pati commode poſſint,